

lus *Emerinch.* Onocrotalus *Warbuon.* Merula *Ammugfel.* Phasianus *Pbasbown.* Ortigometra *Pirbuon.* Pellicanus *Hofigeme.* Graculus *Ruch.* Furfarius *Dorndrelle.* Fulica *Inuogel.* Hirundo *Swa-lib.* Tinicula *Wintwechel.* Panthera *Pantbel.* Leopardus *Leibhart.* Rinoceros *Engeburne.* Bubalus *Wifent.* Hiena *Heltenze.* Hinnulus *Hinchalp.* Spinga *Merchachz.* Laurus *Lorpowm.* Picea *Vorich.* Pinus *Chvenbowm.* Lenticiscus *Melboum.* Juniperus *Chranbistouden.* Alia notiora sunt, alia Latina corrupta, ut *Alienus* pro *Haliaeetus Stochar*, alia Glossatorem minus peritum Rerum naturalium arguunt, ut dum *cycadam Haberschrek* inter Aves locat, et nomina *obwentin*, *elphant* et *helf* inter *Camelum*, *Elephantem* et *Alcem* distribuit, soli Elephanti debita. Indiculum similem dedipluries. Adi *Indicem.*

Arbor leticie fructus non prebet amarus

Sed manans facie vebit ad celestia gnaros.

Et *Arbor Sapiencie* subscripta:

Etatis partes septem sapientia prebet.

Ostendens artes quas prudens querere debet.

Operosae hujus Structurae *Текто-va* quaerenti offert se *Petrus Pictaviensis Petri Lombardi Parisiis* in cathedra Theologica successor et Acad. Cancellarius fato functus an. 1205. de quo *Albericus* in *Chronico* ad *h. a.* edit. *Leibnit. Hannov.* 1698. p. 442. 4. *Pauperibus consulens clericis excogita-*

CLIV.

Codex membraneus lat. Sec. 333 partim XV. partim XIV. Folior. 26. f. continet I. *Iconismos* seu Schemata coloribus illusa XX. varia Religionis, Morumque Placita memoriae firmandae caussa exhibentia, quales *Arbores* sic dictas *Genealogicas* videmus. Praeit *Index*, qui tamen vitio, ut credibile est, compactoris fallit. Incipit ille: *Figura I. De Opere dei circa creacionem. celi. terre. maris. et omnium que in eis sunt. II. de successione hominum ab adam. presertim hebreorum usque ad christum. III. de virtutibus quibus homo a vicijs resurgere et deo placere potest &c.* Figuris passim adspersi sunt versiculi. Ita *Arbor virtutum* inscripta est:

vit arbores historiarum veteris Testamenti in pellibus depingere, et de vitiis et virtutibus similiter compendiose disponere. Utrumque Codex noster demonstrat. Nam

II. fol. 12. manu Sec. XIV. sequitur: *Opus reuerendi domini Petri Pictaviensis. pro intensiori memoria historiarum.* Opus istud pariter

Arbores nostras Genealogicas refert, eisque fortasse prolusit, ut visum etiam Conditoribus *Hist. literar. Franciae* T. IX. p. 159. et 189. Praefamen incipit: *Considerans historie sacre prolixitatem nec non difficultatem scolarium &c.* Edidit illud *Huldricus Zwinglius* nepos an. 1592. *Basileae* f. quod *Notas Schematum latera* stipantes adtinet, *Codice* nostro uberius; sed harum aliquae succedentibus annis addi facile potuerunt. Noster vero *Figuras* quasdam, puta *XL. Mansionum in Deserto, Divisionis Palaestinae, Ichnographiae Hierosolymarum* et *Versus* quosdam de *Christi prosapia* exhibet, qui in *Exemplo Zwinglii* defuisse videntur. De Autore hic in *Praef.* nihil memorat, nisi illum floruisse anno *trecentesimo* aut *quadringentesimo*, in quo falsus est, quemadmodum *Oudinus* T. II. col. 1274. et qui ad hunc remittit, *Fabricius Bibl. med. Lat.* L. XV. p. 271. Epitomen nostram *Petro Pictaviensi Monacho* et *Priori Cluniacensi* tribuentes, cum tamen utrique notum fuerit *Alberici* supra adducti testimonium, cui, cum *Petro* nostro *Cancellario* paene subpar fuerit *Albericus*, nil opponas. Sub *Genealogia Christi* adiectum est manu *Seculi XV.* Sequitur consequenter de *successione Christi vicariorum in spiritualibus. s. paparum. et in temporalibus. s. imperatorum usque ad annum domini M. CCCC. LXIII. sub quo pius papa secundus. et fridericus imperator tertius regunt mundum.* Itaque
Denis Codd. mfs. theol. Bibl. Palat.

III. fol. 18. *Anonymus* quidam anno mox dicto *Seriem Pontificum et Imperatorum* adtexuit praemissis quibusdam observationibus de *Quinque Mundi Aetatibus ante Christum, de duplici Christianorum gladio*, quorum unus, ut ait, cessit Pontifici, alter Imperatori et de *Temporum a Christo distributione*, quae ultima sic sonat: *Cum igitur a christi natiuitate usque ad hunc annum s. sexagesimum tertium effluxerunt Quatuordecies centum anni et sexaginta tres. sicque hoc anno loco christi in spiritualibus regit papa pius secundus. et in temporalibus imperator sit fredericus tertius de austria.* Placet pro intensiori memoria *legentium diuidere tempus de hac sexta etate transactum in quinque partes. sicut ante christum fuere quinque etates. Sic quod de quatuordecies centum annis fiant quatuor quarteria sub quolibet quarterio 350 annos computando, et illi sexaginta tres anni pro quinto quarterio reputabuntur. Primum enim quartale incipe a primo christi vicario sancto petro. et concludere ad felicem secundum exclusive. Petri concurrens imperator fuit tiberius sub quo Christus ascendit et continua donec concludas per constantinum secundum. Secundum quartale incipe a predicto felice secundo. usque ad papam iohannem sextum. Et a constantino secundo concludere per tiberium tertium. Tertium quartale incipe a iohanne sexto ad clementem secundum. Et a tiberio tertio concludere per henricum tertium. Quartum incipe a clemente secundo*
E e secundo

secundo ad innocentium septimum. Et ab henrico tertio conclude per ropertum de bauaria. Quintum seu caudam horum quarteriorum incipe ab innocentio septimo ad pium secundum modernum. Et ab roperto ad fredericum tertium modernum. Atque haec sic fatis consonant. Sequuntur dein συγγεγραμμενα Pontificum et Imperatorum nuda Nomina, nisi quod ad Pium I. notetur: Quedam cronice habent anicetum post pium. Et recte. Praeterea exacto quovis, quod statuit autor, Quarterio annorum fit subputatio; demum recentiore calamo adjecti sunt: Paulus II. et Maximilianus I. Haec Petri Pi&aviensis veluti continuatio a Codice Zwinglii abfuit; adjecit illi autem idem Chronologus ignotus

III. fol. 24. p. 2. *Nomina archiepiscoporum sancte ecclesie Colonien. Unde concludas, illum Coloniae aut in ejus vicinia vitam egisse. Orditur a S. Materno, quem noto errore a S. Petro missum ait, cum re ipsa ad Sec. IV. pertineat. Omisso ejus successore Euphrate ad Severinum transit, cui annus 428. adscriptus. Quem alii Aquilinum, Solinum aut Solanum volunt, Solacium adpellat. Domitianum, Charentinum et Ebregisilum omittit. Chuniberto perperam an. 600. addit. Reginfridum Agilolfo praeponit. Post Hildegerum tacet Hildebertum. Pro Berthelino legitur Werbelinus aut Werbelmus, atque ab hoc deinceps singulis annus additur, quamvis nunc adcuratiorem longe χρο-*

λογον habeamus. Guntharius Haldeboldo postponitur. Omittuntur Hugo et Hilduinus. Scribitur Engelbertus recte pro quorundam Engelbergo. Post Wilbelmum de Gennep tacetur Johannes de Vinnenburg, item Conon post Engelbertum III. Ad Theodoricum haec notantur: Iste fuit ortus comes morsensis et rexit ecclesiam colon. annis — — (48) tandem anno domini 1463. (al. 62.) defunctus est in festo sancti valentini (14. Febr. al. 18.) sepultus colonie ante tres reges. det ei deus requiem Amen. Alia manu adjecti sunt Hermannus, Philippus, Hermannus Successores, quorum postremus electus 1515.

CLV. VIII. c. 9.

Codex partim membraneus, 43 partim chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 259. f. max. bene scriptus, coloribusque illustratus, figuris tamen valde rudibus, continet Anonymi Paraphrasin in multos S. Scripturae libros, quos ipse enumerat in epigraphe inferius adferenda. Sic vero minio exorditur: *Hie hebt sich an die Bibel in deutsch. vnd sagt von erst von der beschepfung hymelreichs vnd ertreichs die vorred. Praefationis initium: Ein yegleicher furste hat in seinen palast drey Stet Aine an der man richtet die sache vnd baisset die Schranne Die ander Stat baisset ain Müshaus da man das volck ynne speysset Das dritte ist sein flaffhaws in dem er ruet &c. Atque tria haec dein Deo adplicantur.*